



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 146. Judæi Vienna atque Austria proscripti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

Sæc. XVII.  
A. C. 1669.

## §. CXLVI.

*Judæi Vienna atque ex Austria  
proscripti.*

Tot criminibus ubique terrarum fœ- *Wagner hist.*  
 dissima Judæorum fex hoc sæculo *Leop. I.*  
 infamis erat, ut Christianorum vin- *p. 23. l. 3.*  
 dictam ipsumet provocare viderentur;  
 Anno enim hujus sæculi sexagesimo  
 tertio Cr. coviæ quidam Judæus, de  
 sua secta cum quodam P. Dominicanu  
 disputaturus, tam horrendas contra  
 Christi Divinitatem blasphemias voce  
 & scripto evomuerat, ut Academicu  
 ad ultionem incitati Judæorum ædibus  
 expilatis quosdam vulnerarent, alios  
 trucidarent; sequenti autem anno Gan-  
 davi Judæus quidam creditorem suum  
 facto solutionis promisso in ædes suas  
 pelleatum, ejusque uxorem, prolem &  
 ancillam interfecit, promerito supplcio  
 affectus: Eorum quoque Synagogam  
 Halberstadiensis Magistratus solo æ-  
 quari jussit, eoquod Judæus quidam  
 blasphemias in Christum Dominum ef-  
 futiisset: Tot aliis Magiæ, superstitio-  
 nis, infanticidii, usurarum, & iurti  
 sceleribus erant contaminati, ut de peste  
 hac ex Europa eliminanda ubique age-  
 retur: ante biennium quoque Judæo-  
 rum Coriphæus nomine Hirichall Vién-

*Hist. Eccles. Tom. LXIII.*

Dd næ

Sæc. XVII. næ originarios contributionum libras  
A. C. 1669 igne exussit, novisque substitutis in-  
gens Cæsari damnum intulit, quapropter cum aliis nequitiae suæ sociis, don-  
fugam meditatur, comprehensus, bonis  
ærario addictis proscriptus est: anno  
autem priori Clemens IX. Papa severo  
admodum edicto cunctos Judæos, pa-  
cis exceptis, Roma expulit: hoc do-  
mum anno Raphel Levi Judæorum  
quissimus die vigesima quinta Septem-  
bris prope Pagum Glatignii in Meteni  
Episcopatu infantem triennalem suffi-  
ratus in frusta concidit, ejusque caput  
unacum vestibus in proxima Sylva in-  
fodit, quo circa vivus flammis absun-  
ptus, sparsis in aerem cineribus, an-  
sequenti die decima sexta Januarii, for-  
inhumanitatis poenas dedit, Meteni  
vero Curia Regem rogabat, ut cunctos  
Judæos ex urbe & ditione Metensi, re-  
toque Regno exulare juberet, eoquin  
horrendis criminibus, usuris, illicitis  
que negotiationibus subditos exsugerent  
pravoque exemplo mores depravarent.  
Easdem ferme ob caussas Austricæ  
dines, atque præprimis Comes Col-  
nitzius Neostadiensis Episcopus follisci-  
tante suo Fratre Innocentio a S. Leo-  
poldo ex Carmelitarum Excalceatorum  
Ordine Electo Episcopo Bombaiensi, Ju-  
dæorum exilium sæpius promovet.



tentabat, incassum tamen semper, do- Sæc. XVII.  
A.C. 1669.  
nec id Margarita Imperatrix multis  
precibus apud Cæsarem Maritum suum  
tandem impetraret; arguebantur enim  
de crebra cum Turcis collusione, & de-  
tecta sæpius claris inditis proditione,  
quorum tamen scelerum pœnam semper  
multo auro redemerunt: postquam vero  
deprehensum, quod non raro infantes  
fusserati sint, aut ab egenis Matribus  
eos emerint, Leopoldus Cæsar Mense  
Julio edictum promulgari jussit, vi cuius  
intra quindecim dierum spatum mille  
quadraginta Judæorum familiæ urbe  
exedere jubebantur, anni autem se-  
quentis Mense Februario unaomnes  
perpetuo mulctabantur exilio, & præ-  
fixo emigrationis termino Vigilia Cor-  
poris Christi, eorum ædes civibus ac  
principue opificibus venales exponeban-  
tur: intellecta hac sententia Judæi pa-  
tronos, eosque potentissimos sibi con-  
ciliant, immanem pecuniarum vim re-  
präsentant, fidem rebellionis tempore  
servatam, atque ingruentibus bellis col-  
lata pecuniarum subsidia, aliaque Ar-  
chiducibus per sesqui sæculum præstata  
exaggerant obsequia; se exclusis rerum  
pretia a Christianis augeri præsagiunt,  
atque in omnem se pœnam devotent,  
modo exilium condonetur pérpetuum.  
Verum frustra erant eorum preces, mu-

Dd 2

nera,

Sæc. XVII. nera, & promissa: præstituta enim de  
A. C. 1669. una omnes solum vertere iussi, & de  
duodecima Augusti Viennensis Episcopu-  
pus, qui eorum examini tanquam Cæ-  
faris Legatus intererat, publica in Con-  
cione exilii causas detexit, quarum  
præcipue erant, quod multi Christiani  
ab illis aut rixa aut insidiis cœsi, pri-  
rima ab eis furtæ perpetrata, Sueci  
Turcæ sub Judæorum habitu tempore  
belli in urbem introducti, literæ eorum  
interceptæ fuerint, quibus Vienne  
Germaniæ statum hostibus prescrip-  
rint, lenones egerint, parvulos rap-  
rint &c. Igitur Judæi Mense Septem-  
bris omnibus quoque hæreditariis dic-  
nibus proscripti turmatim in Venetio  
rum ac Turcarum ditiones emigrarunt.  
Suburbium vero, quod incolebant, a  
hac sece expurgatum, posthac Le-  
poldini nomen accepit, binæ autem  
Synagogæ antea occlusæ sed libibus con-  
fractis combustisque funditus eveni-  
sunt, earumque una in facilius  
S. Margarethæ conversa est, altera ve-  
decima octava Augusti in Dei honorem  
& D. Leopoldi Marchionis memoria  
erecta, quam Episcopus Viennensis  
sacroCatholico consecravit, & Leopoldus  
Imperator primum posuit lapidem.

§. CXLV.